a praeside . nos suadebimus
ei . & securos uos faciemus .
At illi accepta pecunia . fe
cerunt sicut erant docti .
& diuulgatum est uerbum
istud apud iudaeos . usq.
in hodiernum diem .
+ Vndecim autem discipuli .
abierunt in galilaeam .
in montem ubi constitue
rat illis ihs . & uidentes
eum adorauerunt . qui
dam autem dubitauerunt .
& accedens ihs . locutus est
eis dicens . data est mihi
omnis potestas . in caelo
& in terra . euntes ergo
docete omnes gentes . bap
tizantes eos in nomine pa
tris . & filii . & sps sci .
Docentes eos seruare omnia
quaecumq. mandaui uo
bis . & ecce ego uobiscum
sum omnibus diebus . usq.
ad consummationem
saeculi .

EXPLICIT . EUANGE
LIUM . SECUNDU
MATHEUM .

# INCIPIT PRAEFATIO EV. SEC MARCVM

MARCUS EUANGE
lista di . & petri in baptis
mate filius . atq. in diuino
sermone discipulus . sacer
dotium in israhel agens . secun
dum carnem leuita . conuersus
ad fidem xpi . euangelium in
italia scripsit . ostendens in eo
quid & generi suo deberet . &
xpo . Nam initium principii
in uoce propheticae exclamatio
nis instituens ordinem leuiticę
electionis ostendit . ut praedicans
praedistinatum iohannem filium
zachariae in uoce angeli ad
nuntiantis emissum . non so
lum uerbum caro factum . sed
corpus dni in omnia per uerbum
diuinae uocis animatum . Initio
euangelicae praedicationis os
tenderet . ut qui haec legens sci
ret cui initium carnis in dno ihu
aduenientis habitaculum caro
deberet agnoscere . atq. in se
uerbum uocis quod in consonan
tibus perdiderat inueniret

83.MB.65.48
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
The J. Paul Getty Museum, Los Angeles, Ms. Ludwig II 1
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/getty_msludwigII1/0099